

1482. In Mart. 2. Aprili. Et Orig. Arch. Regni

Ciechovino 133. ducati in euro,
Cestele inscripti per Coszelecz,

Nicolaus de Coszelecz Capitaneus
Tucholiensis Nieszowiensis et Signi,
ficanus tenore presentium univer- 54
sis quibus expedit tam presenti-
bus quam futuris harum literarum
Notitiam habituris, audituris aut le-
cturis, nos nuntio recepisse centum
florenos et triginta cum tribus flo-
renis hungaricales puri auri justici et
veri ponderis a Generoso Jacobo Cze-
stela, quos quidem centum et triginta
et tres florenos preactos eidem tenemur
et presentibus obligamur sub fide et
honore super festum Nativitatis do-
mini proxime venturum Dare sol-
vere realiter et cum effectu repone-
re. Si autem predictam summam pec-
cunie videlicet centum triginta et tres
florenos prefatos super terminum pre-
fixum ipsi Jacobo Cestela, aut suis le-
gittimis Successoribus non solverimus
aut quovis modo solvere negle-
xerimus, est tunc in villam nostram
Ciechovino in Districtu Tucholiensi si-
tam introhationem, et veram intro-
missionem alias wjazanije ipsi
Jacobo aut suis Successoribus da-
re promittimus et presentibus obli-
gamur

gamur sine omni nostro et nostrorum
Successorum edicto ipsamque villam præ-
fatam per eundem Jacobum suoque
Successores tenendi, habendi, possidendi
cum omnibus et singulis censibus
et proventibus uti fruendi tamdiu, quo-
usque per nos nostrosque Successo-
res, ipsi Jacobo Cesteli cuiusque suc-
cessoribus præfata Summa pecunie
plenarie et integraliter persolvatur,
promittimus insuper et presentibus obli-
gamur ipsum Jacobum Cesteli suos-
que Successores legitimos nullo Jure spi-
rituali aut seculari evadere, neque man-
dato Regio aut expeditione bellica sive
aliqua alia re, sive occasione que
nobis aut nostris poterit aut vale-
ret prodesse, et ipsi Jacobo aut su-
is obesse, nisi præfata Summa pecu-
nie videlicet centum triginta et tres
florenos præfatos ipsi Jacobo aut su-
is Successoribus plenarie et integra-
liter paratis in florenis reponere
et exolvere. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum presentibus est appen-
sum. Actum et Datum in Tuhola fe-
ria quarta proxima post conductam
Pasche Anno Domini millesimo
quadringentesimo octogesimo secundo,
presentibus his Generosis et nobi-
libus Mathia Sosznijerki, Johanne
Rudnijerki

1704. Ulmanus fuit. De Origine...

Rudnierzli, Johanne Biszaborszli, Mathia
Tomorszli, et aliis quam plurimis
fide dignis ad memoria vocatis et
rogatis.

Ja kopia przepisana z Orzyna
tu paryaminowego amhilowane
go bez pierzei. u. 29. Maii
Anno 1704.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

